

[XXVII · DE SANCTO IOHANNE ELEMOSINARIO]



DE SANCTO IOHANNE ELEMOSINARIO XXVII – ¹Iohannes Ele-
mosinarius patriarcha Alexandrinus quadam nocte in oratione
persistens uidit quandam puellam pulcherrimam sibi assistentem
et coronam oliuarum in capite baiulantem. ²Quam ille uidens ni-
mium stupefactus que esset inquisiuit. ³Et illa: «Ego sum miseri-
cordia que dei filium de celo adduxi. ⁴Me sponsam accipe et bene
tibi erit». ⁵Intelligens ergo per oliuam misericordiam designari, ab
illa die factus est sic misericors ut eleymon, id est elemosinarius,
uocaretur. ⁶Pauperes autem semper suos dominos appellabat et
inde hospitalarii habent ut pauperes dominos suos uocent. ⁷Omnes

igitur suos famulos conuocauit eisque dixit: ⁸«Euntes per totam ciuitatem
conscribe mihi usque ad unum omnes dominos meos». ⁹Illis uero non intelli-
gentibus dixit: ¹⁰«Quos uos egenos et mendicos uocatis, istos ego dominos et auxilia-
tores predico. ¹¹Isti enim nobis uere auxiliari et celeste regnum donare poterunt». ¹²Vo-
lens homines ad elemosinam inuitare, narrare consueuit quod pauperibus semel se ad
solem calefacientibus ceperunt inuicem de elemosinatoribus conferre et bonos collau-
dare et malos uituperare. ¹³Erat autem quidam thelonarius nomine Petrus, diues ualde
et prepotens, sed nimis pauperibus immisericors, quia ad domum suam accedentes cum
indignatione nimia repellebat. ¹⁴Cum ergo nullus illorum inuentus fuisset qui in domo
sua elemosinam recepisset, unus illorum dixit: ¹⁵«Quid uultis mihi dare si ego hodie ab
eo elemosinam accipiam?». ¹⁶Et facientibus cum eo pactum, ad domum eius uenit et
elemosinam postulauit. ¹⁷At ille domum reuertens et pauperem pre foribus uidens, cum
mancipium eius panes siliginis in domum deferret, ille lapidem non inueniens panem
unum siliginis arripuit et cum furore inde eum percussit. ¹⁸Quem protinus accipiens
pauper ad socios rediit et quod de manu eius elemosinam accepit indicauit. ¹⁹Post duos
dies infirmatus ad mortem uidit se ante iudicium stare et Mauros quosdam super stateram
eius mala appendere; ²⁰ex altera autem parte stateram quidam dealbati tristes stateram
eo quod nihil quod ibi apponerent inuenire ualebant. ²¹Tunc unus eorum dixit:
²²«Vere nihil habemus, nisi unum panem siliginis quem ante duos dies Christo dedit
coactus». ²³Quem dum super stateram ponerent, equalitas, ut sibi uidebatur, facta est.
²⁴Dixeruntque ei: ²⁵«Adauge ad siliginem hanc, alioquin te Mauri apprehendent». ²⁶Euigilans autem et liberatus dicebat: ²⁷«Pape! Si una siligo quam per furorem iactaui
ita profuit, quanto magis omnia sua indigentibus elargiri». ²⁸Quadam igitur die, cum
optimis uestimentis indutus per uiam pergeret, quidam naufragus ab eo tegumentum
aliquod postulabat. ²⁹Continuo ille pretioso uestimento se expoliari et illi dedit.

5. oliuam: Maria uel *add.* Re ~ eleymon: ab elemosina C

E *om. cap.* 2. que esset: que es tu *Vita* 3. misericordia: Maria V 6. et inde... uocent
*om. V** 23. ut sibi uidebatur *om. V** 25. adauge: aliquid auge V 26. liberatus: libera-
tum esse sentiens V

[XXVII · SAN GIOVANNI ELEMOSINIERE]

SAN GIOVANNI ELEMOSINIERE XXVII – ¹Giovanni Elemosiniere, patriarca di Alessandria, una notte, mentre era intento a pregare, vide una meravigliosa fanciulla che gli stava accanto e portava sul capo una corona di olivo. ²Poiché era rimasto sorpreso di vederla, le chiese chi fosse. ³E lei: «Sono la misericordia, sono io che condotto giù dal cielo il Figlio di Dio. ⁴Prendimi come tua sposa e ne avrai beneficio». ⁵Comprendendo che attraverso l'olivo era rappresentata la misericordia, divenne da quel giorno così misericordioso che lo chiamarono *eleymon*, cioè 'elemosiniere'. ⁶I poveri, invece, li chiamava sempre suoi signori e da questo viene che gli Ospedalieri usano chiamare i poveri allo stesso modo. ⁷Convocò dunque tutti i suoi servi e disse loro: ⁸«Girando per tutta la città, registrate per iscritto i nomi di tutti i miei signori, fino all'ultimo». ⁹Poiché quelli non capivano, disse: ¹⁰«Quelli che voi chiamate poveri e mendicanti, io li chiamo miei signori e protettori. ¹¹Essi infatti potranno veramente proteggerci e donarci il regno dei cieli».

¹²Poiché voleva incitare gli uomini a fare elemosina, era solito raccontare che una volta, mentre si riscaldavano al sole, i poveri avevano cominciato a parlare tra loro di quelli che facevano elemosina e a elogiare i buoni e a criticare i cattivi. ¹³C'era un gabelliere di nome Pietro, molto ricco e potente, ma oltremodo spietato nei confronti dei poveri, dal momento che li cacciava via aspramente se si accostavano a casa sua. ¹⁴Siccome non si era trovato nessuno tra loro che avesse mai ricevuto un'offerta da quell'uomo, uno dei poveri disse: ¹⁵«Che cosa mi darete se oggi riuscirò a ricevere elemosina da lui?». ¹⁶E facendo una scommessa tra loro, egli arrivò a casa del ricco e gli chiese l'elemosina. ¹⁷Ma quello, tornando a casa e vedendo il povero fuori la porta, mentre un suo servo portava a casa dei pani di farina bianca, non trovando una pietra afferrò uno dei pani di farina e colpì con violenza il povero. ¹⁸Il povero, afferrando subito il pane, tornò dai compagni e mostrò che aveva ricevuto l'elemosina dalle mani del ricco. ¹⁹Dopo due giorni, in punto di morte per una malattia, il ricco vide che si trovava davanti al giudizio e alcuni Mori ponevano sopra una bilancia i suoi peccati; ²⁰dall'altra parte della bilancia c'erano alcuni uomini vestiti di bianco che erano tristi perché non riuscivano a trovar nulla da porre dalla parte loro. ²¹Allora uno di essi disse: ²²«In effetti non abbiamo nulla, ad eccezione di un pane di farina bianca che due giorni fa ha dato a Cristo, essendone costretto». ²³Quando lo misero sulla bilancia, sembrò che si raggiungesse l'equilibrio. ²⁴Allora gli dissero: ²⁵«Aggiungi qualche altra cosa a questo pane, altrimenti i Mori ti prenderanno». ²⁶Svegliatosi e liberato diceva: ²⁷«Caspita! Se un solo pane di farina bianca che ho scagliato con rabbia ha avuto tanto effetto, quanto di più otterrà il donare tutto ai poveri!».

²⁸Un giorno, allora, mentre camminava per strada vestito di vesti pregiate, un naufrago gli chiese un indumento. ²⁹Subito si spogliò della veste preziosa e gliela diede.

³⁰Quod ille accipiens statim uendidit. ³¹Cum autem thelonarius rediret et uestimentum suspensum uideret, contristatus est ualde adeo ut nec cibum sumere uellet dicens quoniam: ³²«Non fui dignus ut mei memoriam haberet egenus». ³³Et ecce dum dormiret uidit quendam super solem fulgentem et super caput crucem ferentem et habentem indutum uestimentum quod dederat egeno et dicentem sibi: ³⁴«Quid ploras Petre?». ³⁵Qui cum causam sue tristitie sibi dixisset, ille ait: ³⁶«Cognoscis hoc?». ³⁷Et ille: «Etiam, domine». ³⁸Et dominus ad eum: «Illo ego uestior ex quo mihi dedisti et gratias ago bone uoluntati tue quoniam frigore affligebar et cooperuisti me». ³⁹In se ergo reuersus cepit egenos beatificare ac dicere: ⁴⁰«Viuit dominus, non moriar donec fiam unus ex eis». ⁴¹Dans ergo pauperibus omnia que habebat et accersito notario suo dixit ei: ⁴²«Secretum uolo tibi committere, quod si propalaueris aut si me non audieris, barbaris uendam te». ⁴³Dansque ei decem libras auri dixit ei: ⁴⁴«Vade in sanctam ciuitatem et merces tibi eme et me alicui christiano uende et pretium pauperibus tribue». ⁴⁵Illo autem recusante, dixit ei: ⁴⁶«Si me non audieris ego barbaris uendam te». ⁴⁷Ducens ergo eum ut dixerat cuidam argentario uestibus sordidis indutum, tamquam suum seruum uendidit et triginta numismata inde accipiens pauperibus erogauit. ⁴⁸Petrus ergo omnia officia uilia faciebat ita quod ab omnibus contempnebatur et ab aliis conseruis frequenter percutiebatur et iam amens appellabatur. ⁴⁹Dominus autem frequenter sibi apparebat et uestimenta et numismata ostendens ipsum consolabatur. ⁵⁰Verum imperatore et uniuersis de amissione tanti uiri dolentibus, quidam uicini eius a Constantinopoli ad uisitanda loca sancta uenerunt et a domino ipsius inuitati cum pranderent, sibi ad inuicem in aure dixerunt: ⁵¹«Quam similis est puer iste domino Petro thelonario». ⁵²Et curiose respicientibus unus dixit: ⁵³«Vere dominus Petrus est, surgam et tenebo eum». ⁵⁴Quod ille aduertens latenter fugit. ⁵⁵Erat autem ostiarius surdus et mutus qui per signum ostium aperiebat, cui Petrus ut sibi aperiret non signis, sed uerbis imperauit. ⁵⁶Et ille continuo audiens et loquelam recipiens sibi que respondens ei aperuit et domum regrediens cunctis de eius loquela mirantibus dixit: ⁵⁷«Ille qui coquinam faciebat exiit et fugit, sed uidete ne seruus dei sit». ⁵⁸Cum enim mihi dixit “Tibi dico aperi”, mox ex ore eius flamma exiit que linguam et aures meas tetigit et continuo auditum et loquelam recepi». ⁵⁹Et exilientes uniuersi et concurrentes post eum ipsum amplius inuenire non potuerunt. ⁶⁰Tunc omnes de domo illa penitentiam egerunt eo quod talem uirum sic uiliter tractauerunt.

⁶¹Monachus quidam nomine Vitalius, uolens sanctum Iohannem temptare si posset sibi uerbis persuaderi et ad scandalum facile inclinari, ingrediens ciuitatem omnes publicas meretrices conscripsit. ⁶²Intrabat ergo ad illas per ordinem dicens cui libet: ⁶³«Dona mihi noctem istam et noli fornicari». ⁶⁴Ipsae autem domum eius intrans in angulo flexis genibus tota nocte in oratione stabat et pro illa orabat et postea mane exhibit precipientibus cui libet ne alicui reuelaret. ⁶⁵Vna autem uitam eius manifestauit que statim orante sene a demone uexari cepit. ⁶⁶Cui omnes dicebant: ⁶⁷«Reddidit tibi deus quod merebaris, quoniam mentita es. ⁶⁸Vt fornicetur enim ingreditur pessimus iste et non propter aliud». ⁶⁹Vespere autem facto dicebat predictus Vitalius cunctis audientibus: ⁷⁰«Volo ire quia talis domina expectat me». ⁷¹Multis uero illum criminantibus respon-

61. nomine Vitalius: n. Vitalis Re 69. Vitalius: Vitalis Re

41. dans... habebat om. V* ~ notario: seruo suo quem emerat V* 50. cum pranderent om. V
56. regrediens: ingrediens V

³⁰Quello appena la prese la rivendette. ³¹Mentre il gabelliere tornava, vedendo la propria veste esposta, si rattristò enormemente, al punto da non voler neppure mangiare; diceva: ³²«Non sono stato neppure degno che quel povero si ricordasse di me!». ³³Ed ecco che mentre dormiva vide un uomo che risplendeva più del sole e aveva sul capo una croce e indossò la veste che lui aveva dato al povero. Gli diceva: ³⁴«Perché piangi, Pietro?». ³⁵Quando Pietro spiegò qual era il motivo della sua afflizione, disse: ³⁶«Riconosci questo?». ³⁷E lui: «Certo, Signore». ³⁸E il Signore a lui: «Sono vestito con quello che mi hai donato e sono grato alla tua buona volontà, perché avevo freddo e tu mi hai coperto». ³⁹Tornato in sé, cominciò ad esaltare i poveri e a dire: ⁴⁰«Il Signore vive, io non morirò finché non diventerò uno di loro». ⁴¹Donò allora ai poveri tutto ciò che aveva, chiamò il suo notaio e gli disse: ⁴²«Voglio affidarti un segreto, ma se lo divulgherai in giro o non mi ascolterai, ti venderò ai barbari». ⁴³Gli diede dieci libbre d'oro e gli disse: ⁴⁴«Va' nella Città Santa, compra della roba per te e vendi me a qualche cristiano e il ricavato dallo ai poveri». ⁴⁵Poiché quello non voleva, gli disse: ⁴⁶«Se non mi ascolti, ti venderò ai barbari». ⁴⁷Conducendolo quindi come aveva detto, coperto di stracci lerci, lo vendette come se fosse un suo servo ad un cambiavalute e, ricevute in cambio trenta monete, le donò ai poveri. ⁴⁸Pietro svolgeva dunque tutte le mansioni più umili, al punto che tutti lo disprezzavano e gli altri servi spesso lo picchiavano e lo chiamavano folle. ⁴⁹Il Signore però gli appariva spesso e lo consolava mostrandogli vestiti e monete. ⁵⁰Poiché l'imperatore e tutti gli altri si dolevano della perdita di un uomo così ragguardevole, alcuni suoi vicini partirono da Costantinopoli per visitare i Luoghi Santi e, invitati a pranzo dal padrone di Pietro, si dissero l'un l'altro all'orecchio: ⁵¹«Come somiglia questo servo a Pietro il gabelliere». ⁵²E mentre tutti guardavano incuriositi, uno di loro disse: «Ma è veramente Pietro, ora mi alzo per trattenerlo!». ⁵⁴Quello se ne accorse e corse a nascondersi. ⁵⁵Il portiere della casa era un sordomuto che apriva la porta ad un determinato cenno: Pietro però gli ordinò di aprirgli la porta non a gesti, ma verbalmente. ⁵⁶E quello all'improvviso riuscì a sentirlo e riacquistò la facoltà di parlare: allora gli rispose e gli aprì; e tornando in casa, mentre tutti erano stupefatti per la sua capacità di parlare, disse: ⁵⁷«Quello che lavorava in cucina è uscito di casa ed è scappato, ma badate che non sia un servo di Dio! ⁵⁸Quando mi ha detto: "Ti dico: aprimi!", subito dalla sua bocca è uscita una fiamma che ha toccato la mia lingua e le mie orecchie e subito ho riacquistato l'udito e la parola». ⁵⁹E tutti allora si alzarono e si precipitarono verso di lui, ma non lo trovarono più. ⁶⁰Allora tutti quelli della casa si pentirono di aver trattato così male un uomo simile.

⁶¹Un monaco di nome Vitale voleva tentare san Giovanni per vedere se poteva essere persuaso dalle dicerie e se fosse incline a scandalizzarsi. Entrando nella città, registrò per iscritto tutte le pubbliche meretrici. ⁶²Si recava da loro, una per una, dicendo: ⁶³«Dona a me questa notte e non commettere atti impuri!». ⁶⁴Egli stesso, entrando nella casa di ognuna di quelle, rimaneva in preghiera in un angolo, inginocchiato a terra, pregando tutta la notte per lei e poi la mattina dopo se ne andava, imponendole di non rivelare nulla a nessuno. ⁶⁵Una di quelle, tuttavia, divulgò quello che il monaco faceva, e immediatamente, per effetto della preghiera del vecchio, fu attaccata dalle torture del demonio. ⁶⁶E tutti le dicevano: ⁶⁷«Dio ti ha reso quello che meritavi, perché hai mentito! ⁶⁸Questo mascalzone infatti viene da te per avere atti sessuali e non per altro motivo». ⁶⁹Quando faceva sera, mentre tutti ascoltavano, Vitale diceva: ⁷⁰«Voglio andare, perché questa donna mi aspetta». ⁷¹E ai molti che lo accusavano, rispondeva:

←

debat: ⁷²«Numquid ego non habeo corpus ut omnes, aut monachis solum iratus est deus? ⁷³Vere et ipsi homines sunt ut ceteri». ⁷⁴Dicebant autem quidam: ⁷⁵«Accipe tibi mulierem unam, abba, et muta habitum ut non scandalizes alios». ⁷⁶Ille autem fingens se iratum dicebat: ⁷⁷«Vere non audiam uos, ite a me! ⁷⁸Qui uult scandalizari scandalizetur et det de fronte in parietem. ⁷⁹Numquid iudices constituti estis super me a deo? ⁸⁰Ite et de uobis curam habete, uos pro me non reddetis rationem». ⁸¹Hec autem cum clamore dicebat cumque ad beatum Iohannem querimonia deferretur, cor eius deus indurauit ne hiis fidem adhiberet. ⁸²Deprecabatur autem deum ut post mortem suam opus suum alicui reuelaret ut non imputaretur in peccatum hiis qui in eum scandalizantur. ⁸³Multas igitur de predictis mulieribus ad conuersionem perduxit et in monasterio plurimas collocauit. ⁸⁴Quodam mane dum ab una illarum egrederetur, obuiauit ei quidam ingrediens ad fornicandum cum ea. ⁸⁵Dansque ei alapam dixit: ⁸⁶«Vsque quo pessime non emendas te ab hiis tuis immunditiis?». ⁸⁷Et ille: «Crede mihi, accipies a me alapam talem ut tota Alexandria congregetur». ⁸⁸Et ecce postmodum dyabolus in specie Mauri sibi alapam dedit dicens: ⁸⁹«Hec est alapa quam mittit tibi abbas Vitalius». ⁹⁰Et statim a demonio uexatur ita quod ad uoces eius omnes currebant, sed tamen penitens per eius orationem liberatus est. ⁹¹Vir autem dei morti appropinquans hanc scripturam reliquit: ⁹²«Nolite ante tempus iudicare». ⁹³Mulieribus autem confitentibus que faciebat, omnes glorificabant deum et precipue beatus Iohannes dicens quoniam: ⁹⁴«Alapam quam ille accepit, accepissem et ego».

⁹⁵Quidam pauper in habitu peregrini ad Iohannem uenit et ab eo elemosinam postulauit. ⁹⁶At ille uocato dispensatore dixit: ⁹⁷«Da ei sex numismata». ⁹⁸Que ille accipiens et abiens habitum mutauit et iterum ad patriarcham rediens ab eo elemosinam postulauit. ⁹⁹Ille autem dispensatore uocato dixit: ¹⁰⁰«Da ei sex aureos». ¹⁰¹Quos cum sibi dedisset et ille abisset, dixit ei dispensator: ¹⁰²«Per orationes tuas, pater, iste idem hodie mutato habitu bis accepit». ¹⁰³Beatus autem Iohannes quasi hoc se nescire dissimulauit. ¹⁰⁴Iterum ille tertio habitum mutans ad beatum Iohannem uenit et elemosinam postulauit. ¹⁰⁵Tunc dispensator beatum Iohannem tetigit innuens quod ille esset. ¹⁰⁶Cui beatus Iohannes respondit: ¹⁰⁷«Vade et da ei duodecim numismata, ne forte sit dominus meus Ihesus Christus qui temptare me uelit, utrum plus poterit hic accipere quam ego dare».

¹⁰⁸Quadam uice cum patricius quandam pecuniam ecclesie in mercationibus ponere uellet et patriarcha nullatenus consentiret sed pauperibus eam dispensare uellet, ambo plurimum contententes irati ab inuicem recesserunt. ¹⁰⁹Adueniente hora undecima mandat patriarcha per archipresbiterum patricio dicens: ¹¹⁰«Domine, sol ad occasum est». ¹¹¹Quod ille audiens lacrimis infusus ad eum uenit et ueniam postulauit.

¹¹²Cum quidam suus nepos a quodam tabernario grauem iniuriam audiuisset et ex hoc patriarche lamentabiliter conquerens nullatenus consolari posset, patriarcha respondit: ¹¹³«Et omnino ausus est aliquis tibi contradicere et os suum contra te aperire? ¹¹⁴Crede fili mee paruitati quoniam faciam in eo hodie talem rem ut tota Alexandria miretur». ¹¹⁵Quod ille audiens consolationem recepit putans quia eum faceret grauius uerberari. ¹¹⁶Videns Iohannes quod consolationem recepisset, pectus eius osculatus est dicens: ¹¹⁷«Fili, si uere nepos humilitatis mee existis, prepara te et flagellari et conuicia

82. alicui: aliter Re 89. abbas Vitalius: Vitalis a. Re 108. mercationibus: mercatoribus Re
108. ponere: portare C

75. abba: miser et V 82. imputaretur: reputaretur V 108. mercationibus: mercatoribus V
108. irati: tandem V 109. archipresbiterum: archidyaconem V

⁷²«Non ho forse un corpo come tutti, oppure Dio è adirato soltanto contro i monaci?
⁷³Anch'essi sono uomini come tutti.». ⁷⁴E qualcuno diceva: ⁷⁵«Prenditi una sola donna, padre, e cambia il tuo comportamento, così non scandalizzerai gli altri». ⁷⁶Quello allora fingendosi in collera diceva: ⁷⁷«Non vi darò ascolto, andate via! ⁷⁸Chi vuole scandalizzarsi, si scandalizzi pure e picchi pure la fronte sul muro! ⁷⁹Forse che Dio ha stabilito che voi siate i miei giudici? ⁸⁰Andate e preoccupatevi di voi stessi, voi non dovete render conto per me!». ⁸¹Diceva queste cose a voce alta; e poiché a san Giovanni erano arrivate lamentele, Dio temprò il suo cuore affinché non vi credesse. ⁸²Il monaco pregava Dio che dopo la sua morte rivelasse a qualcuno il senso della sua azione, perché non fosse imputato fra i peccati a coloro che erano scandalizzati dal suo comportamento. ⁸³Riuscì a far convertire molte delle donne di cui si diceva e molte di esse le fece sistemare in monasteri. ⁸⁴Una mattina, mentre usciva dalla casa di una di quelle, incontrò uno che veniva a fornicare con lei. ⁸⁵L'uomo gli diede uno schiaffo e disse: ⁸⁶«Fino a quando, uomo spregevole, non ti purificherai dalle tue sporcizie?». ⁸⁷E quello: «Credimi, avrai da me uno schiaffo tale che tutta Alessandria verrà a vederlo!». ⁸⁸E subito un diavolo dall'aspetto di un Moro gli diede uno schiaffo dicendo: ⁸⁹«Ecco lo schiaffo che ti manda l'abate Vitale!». ⁹⁰E subito fu torturato dal demonio al punto che tutti correvano alle sue grida, ma poi, pentitosi, fu liberato grazie alla preghiera di Vitale. ⁹¹Quando infine si avvicinò alla morte, il sant'uomo lasciò scritte queste parole: ⁹²«Non giudicate prima del tempo». ⁹³Quando le donne confessarono quello che veramente faceva, tutti glorificarono Dio e soprattutto san Giovanni, che diceva: ⁹⁴«Avrei preso anche io lo schiaffo che ha preso lui!».

⁹⁵Un povero vestito da pellegrino venne da Giovanni e gli chiese l'elemosina. ⁹⁶Lui allora chiamò il suo tesoriere e disse: ⁹⁷«Dagli sei monete». ⁹⁸Quello le prese e se ne andò, poi si cambiò la veste e tornato ancora dal patriarca gli chiese di nuovo l'elemosina. ⁹⁹Quello allora, chiamato il tesoriere, gli disse: ¹⁰⁰«Dagli sei monete d'oro». ¹⁰¹Quando glielne diede e quello se ne andò, il tesoriere disse: ¹⁰²«Grazie alle tue preghiere, padre, quest'uomo oggi si è cambiato d'abito e ha preso due volte l'elemosina». ¹⁰³San Giovanni allora fece finta quasi di non essersene accorto. ¹⁰⁴Il povero, cambiato di d'abito per la terza volta, venne di nuovo da san Giovanni a chiedere l'elemosina. ¹⁰⁵Il tesoriere allora fece segno a Giovanni, toccandolo, che era di nuovo lui. ¹⁰⁶E san Giovanni gli rispose: ¹⁰⁷«Va' e dagli dodici monete, ché potrebbe essere il mio Signore Gesù Cristo che vuole mettermi alla prova, per vedere se può ricevere da me più di quanto io possa dare».

¹⁰⁸Una volta, poiché un patrizio voleva investire in commercio una somma di denaro della Chiesa e il patriarca non era per nulla d'accordo perché voleva destinarla ai poveri, i due, dopo avere a lungo litigato, si allontanarono l'uno dall'altro infuriati. ¹⁰⁹All'ora undicesima il patriarca manda a dire al patrizio, tramite un arciprete: ¹¹⁰«Signore, il sole sta per tramontare». ¹¹¹Quello al sentire ciò, col volto bagnato di lacrime, venne da lui e chiese perdono.

¹¹²Poiché un suo nipote fu offeso pesantemente da un bottegaio e venne a lamentarsene col patriarca, ma non riusciva assolutamente ad essere consolato, il patriarca gli rispose: ¹¹³«Vuoi dire che qualcuno ha osato addirittura contraddirti e aprir bocca contro di te? ¹¹⁴Credi, figlio mio, a quel poco che valgo, perché io oggi gli farò una cosa tale che tutta Alessandria resterà a bocca aperta». ¹¹⁵Quello allora nel sentirlo si rincuorò, credendo che lo avrebbe fatto frustare a dovere. ¹¹⁶Giovanni, vedendolo rincuorato, lo baciò sul petto dicendo: ¹¹⁷«Figlio mio, se davvero sei nipote della mia umiltà, prepara te stesso a

pati ab omnibus. ¹¹⁸Vera enim cognatio non ex carne et sanguine, sed ex uirtute mentis agnoscitur». ¹¹⁹Confestim igitur pro illo homine misit et ab omni pensione et tributo liberum eum fecit et omnes audientes mirati sunt et intellexerunt hoc esse quod dixerat “Faciam in eum talem rem ut tota Alexandria miretur”.

¹²⁰Audiens patriarcha consuetudinem esse quod mox ut imperator coronatus est confestim monumentorum edificatores sumunt quatuor uel quinque minutias marmorum pusillas diuersi coloris et ingredientes ad imperatorem dicunt: ¹²¹«De quali marmore uel metallo iubet imperium tuum sibi fieri monumentum?», ¹²²imitatus hoc monumentum sibi fieri precepit, sed tamen usque ad obitum suum illud imperfectum manere fecit ordinauitque aliquos qui ad eum, cum in celebri festiuitate cum clero consisteret, accederent sibi que dicerent: ¹²³«Domine, monumentum tuum imperfectum est, precipe ut consummetur eo quod nescias qua hora fur ueniat».

¹²⁴Diues quidam cum uidisset beatum Iohannem in stratu uiles pannos habere eo quod ceteros pauperibus erogasset, quoddam ualde pretiosum coopertorium emit et beato Iohanni tradidit. ¹²⁵Qui cum illud nocte super se haberet, tota nocte dormire non potuit cogitans quia trecenti domini sui de tanto pretio cooperiri possent. ¹²⁶Tota insuper nocte lamentabatur et dicebat: ¹²⁷«Quanti incenati, quanti in foro pluuiis madefacti, quanti per frigore dentibus stridentes hodie dormierunt. ¹²⁸Tu uero grandes pisces deuorans et in thalamo requiescens cum omnibus malis tuis insuper te coopertorio triginta sex numismatum calefacis, humilis Iohannes alia uice hoc non uestietur». ¹²⁹Statimque facto mane illud uendi fecit et pretium pauperibus erogauit. ¹³⁰Quod audiens ille diues ipsum coopertorium secundo emit et beato Iohanni tradidit rogans ut ipsum de cetero non uenderet, sed super se ipsum teneret. ¹³¹At ille illud accipiens iussit iterum uendi et dominis suis pretium erogari. ¹³²Quod ille diues audiens iterum abiit et ipsum redemit et beato Iohanni detulit eique gratulabundus dixit: ¹³³«Videbimus quis deficiet, aut tu uendendo aut ego redimendo». ¹³⁴Et sic suauiter quasi diuitem uindemiabat dicens quod possit aliquis intentione dandi pauperibus diuites taliter expoliare nec peccat. ¹³⁵Duo enim lucratur talis, unum quia animas illorum saluat, alterum quoniam ex hoc ipse mercedem non modicam habet.

¹³⁶Volens homines ad elemosinam prouocare, narrare consuevit de sancto Serapione quod cum amictum suum pauperi tribuisset et alteri obuians qui frigus patiebatur tunicam similiter tribuisset et euangelium tenens nudus sederet, interrogauit eum quidam dicens: ¹³⁷«Abba, quis te expoliavit?». ¹³⁸Et demonstrans euangelium ait: ¹³⁹«Iste me expoliavit».

¹⁴⁰Alias autem alium pauperem uidens, euangelium ipsum uendidit et pauperi pretium dedit. ¹⁴¹Qui cum interrogaretur ubi ipsum euangelium haberet, respondit: ¹⁴²«Euangelium precepit dicens: ‘Vade et uende omnia que habes et da pauperibus’.

¹⁴³Se ipsum ergo habebam et se uendidi ut mandabat».

¹⁴⁴Cum cuidam elemosinam petenti dari precepisset quinque nummos, ille indignatus quod maiorem sibi elemosinam non fecisset, continuo ad contumelias ipsius prorupit ac in eius faciem conuiciari cepit. ¹⁴⁵Quod eius famuli audientes in eum uoluerunt irruere ac ipsum grauius cedere. ¹⁴⁶Quod beatus Iohannes omnino prohibuit dicens: ¹⁴⁷«Sinite, fratres, sinite ut mihi maledicat. ¹⁴⁸Ecce enim ego habeo sexaginta annos

119. pensione: petitione C

123. fur: finis V 125. trecenti: quadrigenti V 136. qui frigus patiebatur om. V* ~ similiter: super V 148. sexaginta: quadraginta V

farti flagellare e a farti denigrare da tutti. ¹¹⁸La vera parentela infatti non si riconosce dalla carne e dal sangue, ma dalla virtù dello spirito». ¹¹⁹Subito allora mandò a cercare quell'uomo e lo fece esente da ogni pagamento e tributo; e tutti, nel sentir ciò, rimasero stupiti e capirono che cosa il patriarca volesse dire quando aveva detto: «Farò contro di lui una cosa tale che tutta Alessandria rimarrà stupita».

¹²⁰Il patriarca venne a sapere che, secondo la consuetudine, appena l'imperatore veniva incoronato, subito i costruttori di monumenti sepolcrali prendevano quattro o cinque pezzettini di marmo di vari colori e si recavano dall'imperatore dicendo: ¹²¹«Di quale marmo o metallo la tua maestà desidera che si edifichi il tuo monumento funebre?». ¹²²Allora, imitando questa usanza, ordinò che gli si costruisse un monumento sepolcrale, ma che rimanesse incompiuto fino alla sua morte e ordinò che, in occasione delle feste solenni, quando era lì con tutto il clero, alcuni venissero da lui a dirgli: ¹²³«Signore, il tuo monumento è incompiuto, ordina che sia portato a termine, perché non sai a che ora verrà il ladro».

¹²⁴Un ricco, avendo visto che san Giovanni aveva sul letto dei miseri stracci perché aveva dato tutti gli altri ai poveri, comprò una coperta molto pregiata e la donò a san Giovanni. ¹²⁵La notte, mentre teneva addosso quella coperta, Giovanni non riuscì a dormire, pensando che con quello che era costata potevano essere coperti trecento dei suoi signori. ¹²⁶Tutta la notte, inoltre, si lamentava e diceva: ¹²⁷«Quanti oggi saranno andati a letto senza cena, o infradiciati dalla pioggia in mezzo alla strada o a battere i denti per il freddo! ¹²⁸Tu invece, con la pancia piena di buon pesce e in pace nel tuo letto, tu e tutti i tuoi peccati, ti riscaldi con una coperta che costerà trentasei monete! Il povero Giovanni non si coprirà con questa coperta un'altra volta». ¹²⁹E subito, la mattina dopo, fece vendere la coperta e donò il ricavato ai poveri. ¹³⁰Quel ricco, venendolo a sapere, comprò per la seconda volta la stessa coperta e la diede a san Giovanni, chiedendogli di non venderla un'altra volta, ma di tenerla per sé. ¹³¹Ma egli l'accettò e ordinò che fosse nuovamente venduta e che il ricavato fosse elargito ai suoi signori. ¹³²Il ricco, sentendo questo, andò ancora una volta a ricomprarla e la portò a san Giovanni e pieno di gratitudine disse: ¹³³«Vediamo chi smetterà prima, se tu a rivendere o io a ricomprare!». ¹³⁴E così dolcemente quasi spremeva quel ricco come l'uva, dicendo che uno che ha intenzione di donare ai poveri può depauperare in questo modo i ricchi senza per questo commettere peccato. ¹³⁵Infatti chi agisce così ottiene un doppio guadagno: il primo è che salva le loro anime, il secondo è che egli stesso ha una non piccola ricompensa.

¹³⁶Poiché voleva spingere gli uomini a fare elemosina, era solito raccontare di san Serapione, che, donò ad un povero il suo mantello e incontrando un altro povero, che aveva freddo, gli regalò la sua tunica, e alla fine restò seduto nudo tenendo in mano il Vangelo. Un tale andò allora a chiedergli: ¹³⁷«Padre, chi ti ha denudato?». ¹³⁸E lui, mostrando il Vangelo, disse: ¹³⁹«È stato questo a spogliarmi!». ¹⁴⁰Un'altra volta, vedendo un altro povero, vendette anche il Vangelo e diede al povero il ricavato. ¹⁴¹Quando gli fu chiesto dove tenesse il Vangelo, rispose: ¹⁴²«Il Vangelo ci ha insegnato: 'Va', vendi tutto ciò che hai e dallo ai poveri'. ¹⁴³Quello era tutto ciò che avevo e l'ho venduto come proprio quello comandava». ¹⁴⁴Avendo chiesto di dare cinque monete ad uno che chiedeva l'elemosina, quello, arrabbiato perché non gliene aveva date di più, subito proruppe in insulti contro di lui e cominciò ad oltraggiarlo in sua presenza. ¹⁴⁵I suoi servi, sentendolo, fecero per saltargli addosso e dargliele di santa ragione. ¹⁴⁶Ma san Giovanni lo impedì, dicendo: ¹⁴⁷«Lasciate, fratelli, lasciate che parli male di me! ¹⁴⁸Volete che io, che sono stato per sessant'anni

←

blasphemans per opera mea Christum et unum conuicium non portabo ab isto?». ¹⁴⁹Iussitque sacculum afferri et coram ipso apponi ut inde tolleret quantum uellet.

¹⁵⁰Cum populus lecto euangelio ecclesiam exiret et foris otiosis uerbis uacaret, quaedam uice post euangelium patriarcha cum eis exiit et in medio eorum sedere cepit. ¹⁵¹Omnibus uero de hoc mirantibus, dixit ad eos: ¹⁵²«Fili, ubi oues, ibi pastor. ¹⁵³Aut intrate et ingrediar, aut manete hic et ego pariter manebo». ¹⁵⁴Semel igitur et bis hoc fecit et sic populum stare in ecclesia erudiuit.

¹⁵⁵Cum quidam iuuenis sanctimoniam quendam rapuisset et clerici talem iuuenem coram beato Iohanne exprobrarent et ipsum excommunicandum esse dicerent utpote qui duas animas perdiderat, scilicet suam et illius, compescuit eos sanctus Iohannes dicens: ¹⁵⁶«Non sic, filii, non sic. ¹⁵⁷Ostendo uobis quia et uos duo peccata committitis. ¹⁵⁸Primo contra preceptum domini facitis qui ait: 'Nolite iudicare ut non iudicemini'. ¹⁵⁹Secundo quia nescitis si usque hodie peccent et se non peniteant».

¹⁶⁰Frequenter autem existente beato Iohanne in oratione et in extasi mentis posito talibus uerbis cum deo disputare auditus est: ¹⁶¹«Sic, sic, bone Ihesu, ego dispergendo et tu ministrando uideamus quis uincat». ¹⁶²Cum febre correptus se morti appropinquare cerneret dixit: ¹⁶³«Gratias tibi ago deus quoniam exaudisti miseriam meam rogantem bonitatem tuam ne inueniretur morienti mihi nisi unum tremisse. ¹⁶⁴Hoc igitur pauperibus dari iubeo». ¹⁶⁵Positum est igitur uenerabile corpus eius in sepulcro ubi corpora duorum episcoporum fuerant tumulata et corpora illa mirabiliter beato Iohanni cesserunt et locum medium uacuum dimiserunt.

¹⁶⁶Ante autem paucos dies quam moreretur, cum quedam mulier quoddam flagitiosissimum peccatum commisisset et nulli unquam confiteri auderet, dixit ei sanctus Iohannes ut saltem illud scriberet, eo quod scribere sciebat, et sigillatum ei afferret et ipse pro ea oraret. ¹⁶⁷Cui illa assensit et peccatum scribens diligenter sigillauit et beato Iohanni tradidit. ¹⁶⁸Sed post paucos dies beatus Iohannes infirmatus in domino requieuit. ¹⁶⁹Illa ut audiuit illum defunctum se uituperatam et confusam putauit credens quod scriptum alicui dimisisset et ad manum alicuius deuenisset. ¹⁷⁰Ad tumulum igitur sancti Iohannis accessit et ibi uberrime flens clamabat dicens: ¹⁷¹«Heu heu, putans confusionem uitare confusio omnibus facta sum!». ¹⁷²Cumque amarissime fleret et beatum Iohannem rogaret ut sibi ostenderet ubinam scriptum suum dimisisset, ecce beatus Iohannes in habitu pontificali de tumulo processit, duobus episcopis qui secum quiescebant hinc inde uallatus, dixitque mulieri: ¹⁷³«Cur nos tantum infestas et me et sanctos istos qui mecum sunt quiescere non permittis? ¹⁷⁴Ecce, stole nostre lacrimis tuis omnes madefacte sunt». ¹⁷⁵Porrexitque sibi scriptum suum sigillatum ut prius fuerat dicens ei: ¹⁷⁶«Vide sigillum hoc et aperi scriptum tuum et lege». ¹⁷⁷Quod illa aperiens peccatum suum omnino deletum inuenit et ibi taliter scriptum reperit: ¹⁷⁸«Propter Iohannem seruum meum deletum est peccatum tuum». ¹⁷⁹Sicque illa immensas deo gratias retulit et beatus Iohannes cum aliis duobus episcopis in monumentum rediit.

¹⁸⁰Claruit circa annos domini DCV tempore Phoece imperatoris.

159. nescitis: pro certo *add.* Re ~ peccent: peniteant M 160. posito: positus C

148. opera mea *om.* V 171. confusio omnibus: confusionibus V 180. claruit... imperatoris *om.* V*

a insultare Cristo attraverso le mie azioni, non sopporti un insulto da quest'uomo?». ¹⁴⁹E ordinò di portargli un sacchetto di monete e di metterglielo davanti perché ne prendesse quanto ne voleva.

¹⁵⁰Poiché la gente, dopo la lettura del Vangelo, usciva dalla chiesa e si fermava fuori per chiacchierare, una volta, dopo il Vangelo, il patriarca uscì con tutta la gente e si mise a sedere in mezzo a loro. ¹⁵¹Poiché tutti si meravigliavano di questo, disse loro: ¹⁵²«Figli miei, dove sono le pecore, là è il pastore. ¹⁵³O entrate e io entro, o restate qui e pure io resterò con voi». ¹⁵⁴Fece questo quella volta e poi un'altra volta ancora e così insegnò alla gente a restare in chiesa.

¹⁵⁵Una volta che un giovane aveva sedotto una monaca, i chierici si misero a criticarlo davanti a san Giovanni e dissero che doveva essere scomunicato perché aveva portato alla perdizione due anime, la sua e quella della suora. San Giovanni allora li tenne a freno dicendo: «No, figli miei, no! ¹⁵⁷Vi mostro che anche voi commettete due peccati. ¹⁵⁸Per prima cosa, agite contro il precetto del Signore che dice: 'Non giudicate per non essere giudicati'. ¹⁵⁹Per seconda cosa, perché non sapete se peccano ancora oggi e non sono invece pentiti».

¹⁶⁰Molte volte, mentre era intento a pregare e si trovava in estasi, san Giovanni fu udito discutere con Dio in questi termini: ¹⁶¹«Sì, buon Gesù, vedremo chi vincerà tra me che compio queste elargizioni e te, che provvedi a me». ¹⁶²Quando fu colto dalla febbre, sentendo che si avvicinava alla morte, disse: ¹⁶³«Ti ringrazio, Dio, perché hai accontentato la mia nullità che invocava la tua bontà perché in punto di morte addosso a me si trovasse una sola monetina. ¹⁶⁴Ordino quindi che anche questa sia data ai poveri».

¹⁶⁵Il suo venerando corpo fu quindi collocato nel sepolcro dove erano stati tumulati i resti di due vescovi: miracolosamente quei corpi fecero spazio a san Giovanni e lasciarono vuoto il posto di mezzo.

¹⁶⁶Pochi giorni prima che morisse, poiché una donna aveva commesso un gravissimo peccato e non osava confessarlo a nessuno, san Giovanni le disse almeno di scriverlo, visto che sapeva scrivere, e di portarglielo sigillato, e lui avrebbe pregato per lei. ¹⁶⁷Lei acconsentì e, dopo aver annotato il peccato, lo sigillò accuratamente e lo portò a san Giovanni. ¹⁶⁸Ma dopo pochi giorni san Giovanni, che era malato, si addormentò nel Signore. ¹⁶⁹La donna, quando sentì che era morto, pensò che sarebbe stata biasimata e coperta di vergogna, credendo che egli avesse affidato a qualcuno quello scritto e che fosse arrivato in altre mani. ¹⁷⁰Allora si recò presso la tomba di san Giovanni e, versando molte lacrime, diceva gemendo: ¹⁷¹«Ahimè, pensando di evitare la vergogna, sono diventata la vergogna di tutti!». ¹⁷²Mentre piangeva amaramente e implorava san Giovanni di mostrarle dove mai avesse lasciato quel suo biglietto, ecco che san Giovanni si levò dal sepolcro in abito pontificale, scortato ai lati dai due vescovi che riposavano con lui nella tomba, e disse alla donna: ¹⁷³«Perché ci molesti tanto e non lasci riposare me e questi santi che sono con me? ¹⁷⁴Guarda, le nostre stole sono completamente bagnate dalle tue lacrime!». ¹⁷⁵E le porse il biglietto sigillato come era prima, dicendole: ¹⁷⁶«Guarda questo sigillo e apri il tuo biglietto e leggi». ¹⁷⁷La donna lo aprì e trovò che il suo peccato era completamente cancellato e lesse questa scritta: ¹⁷⁸«Grazie al mio servo Giovanni il tuo peccato è stato cancellato». ¹⁷⁹Così rese immensamente grazie a Dio e san Giovanni insieme ai due vescovi tornò nella sua tomba.

¹⁸⁰Giovanni visse intorno al 605, al tempo dell'imperatore Foca.